



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 44. Henrici IV. obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

sunt utrinque ad examen vocentur, tam <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 patri quam filio, quod justitia postulat, <sup>A.C.1106.</sup>  
 exhibeatur, & tandem exclusa omni mo-  
 ra lites & iurgia, quæ Ecclesiam & Rem-  
 publicam concutiunt, sopiantur. Lega-  
 tos, qui istud decretum detulerunt, post-  
 quam a conspectu Imperatoris redierunt,  
 ab ejus Aulicis male habiti sunt, quod  
 cum ipsis communicare nollent, & ex-  
 communicatis accenserent. Responsum  
 vero ab Henrico patre retulerunt; Prin-  
 cipes exercitum dimitterent, & locum  
 Comitiorum statuerent.

## §. XLIV.

*Henrici IV. obitus.*

**H**enricus filius urbis Colonensis obsi-  
 dionem solvere coactus, de suis mi-  
 sit ad Patrem, qui eum ad colloquium  
 intra dies octo Aquisgranum invitarent.  
 Hac de re conquestus est Pater data epi-  
 stola, quæ fuit ultima, ad Episcopos &  
 Principes Regni directa; dicebat enim,  
 ampliores quam octo dierum inducias  
 etiam infimæ conditionis homini conce-  
 di solere. Tandem tertio ad Paschalem  
 Papam & Ecclesiam Romanam appella-  
 bat. Verum haud diu post civili bello  
 finem imposuit mors Henrici, die Mar-  
 tis, septima Augusti, anno millesimo cen-  
 tesimo sexto, fatis functi. Necdum an-  
 num vitæ quinquagesimum quintum ex-  
 pleve-

Sæcul. XII. pleverat, undecima Novembris anno  
A.C. 1106.

millesimo quinquagesimo primo natus,  
& nihilominus s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> Henricus Senior di-  
ctus, nempe ut a filio distinguatur. Re-  
gnaverat vero annos quinquaginta, an-

*Sup. l. LX.* nosque novendecim imperavit ejus fi-  
*§. 22.* lius, quem cum, extincto Patre, omnes

Ordines Regem Germaniæ salutarent,  
vel Schisma cessavit, vel certe Schisma  
obtendendi qualiscunque causa sublata  
est. Episcopus Leodiensis cum aliis ad  
Communionem receptus est. Quia ve-  
ro Imperator apud eum mortuus erat, &  
ipse funus in sua Ecclesia sepeliverat, il-  
lud tanquam hominis excommunicati  
corpus effodere, atque in loco non Sacro  
deponere iussus est, unde illud Rex Spi-  
ram transferri concessit, ubi annos quin-  
que in loculo lapideo extra Ecclesiam  
servatum. (\*)

### §. XLV.

(\*) Magnifice deinde & Ritu Ecclesiastico  
fuisse sepultum infra Lib. LXVI. §. V. dicemus.

De hoc Imperatore Natalis Alexander ex Abbatे  
Urspergenſi: *Qui nec naturalibus, nec conſuetudi-  
nariis contentus sceleribus nova & a Sæculis in-  
audita, ideoque non nulla incredibilia exerſuſſe  
infamabatur.* Ceterum neminem suis temporis  
bus natu, ingenio, fortitudine, audacia, flatura  
etiam, totaque elegantia corporis fuisse fascibus  
Imperialibus aptiorem &c. Tum ex tom. I. Rer.  
Germ.